



81

C O N T E N T A.

Vlrichi ab Hutten, Equitis Germ. Exclamatio, in
incendium Lutheranum.

Chunradi Sarctoris saxofranci, de eadem re ad
Germanos Oratio.

Carmen elegans & doctum, in Hieronymū Ale
andrum, hostem Germanicę liberratis.

Conclusiones decem christianissimę, per Andrea
Bodenstein, de Carlostad,
Vuittenbergę
disputa
tę.

V
E
San
Hoc
Aux
Exti
Hoc
Et se
Test
En p
Dan
Pels
Seru
Non
Aut
Crec
Impi
Regi
Pon
Dep
Purp
Indu
Cing
Atq
Subi
Et, p



Vtrichi ab Hutten, Equitis Germ. Exclamatio
in incendium Lutheranum.

Ergo tot insontes rapiunt incendia noctes?
Sanctaque veriloqui morientur scripta Lutheri?
Hoc flammę dederint scelus? hoc peccabitis ignes?
Auxilium ferat unda pijs, cadat imber ab alto
Extinctum ferale malum. Da Christe tuorum
Hoc votis, precibusque pijs, si scribere dignum est.
Et seruare diu, nunquam mutabile verum,
Testamenta tui si recte adsumimus oris.
En pereunt tua verba pater, tua dogmata triste
Dantur in exitium. Mundo quam tu ipse dedisti
Pessum it libertas, in miti oppressa Tyranno
Seruit, & indignum tua fert Ecclesia regnum.
Non licet ingenua verum depromere lingua,
Aut leges mandare tuas? Humana iubemur
Credere, diuinę decreta silentia legi.
Impius Ausonia dominatur ab urbe Sacerdos,
Regna super mundi sublimem vulgus adorat
Pontificem, iubet ille deum se intendere ritu,
Deposcitque colli vice numinis: itque reuinctus
Purpurea mollis chlamyde, & squallentibus auro
Induitur tunicis: triplici diademate vertex
Cingitur. Huic autę quoties se ostendere vulgo,
Atque proferre libet, sua terga repente
Subiiciunt bissex iuuenes, ea libera turba est,
Et, puto, Germana est. Ruit innumerabile circum
a ij

H V T T E N . E X C L A M A T I O

Scribarum vulgus, & turba ignobilis oci.
 Quicq̃ notant, quicq̃ inueniūt, fraudūq̃ magistri,
 Et technarum, omniscq̃ doli, scelerumq̃ satores,
 Sartoresq̃ mali, tua nunc Ecclesia Christe?
 Namq̃ hoc pretextum est, quo toti illuditur orbi,
 Hæc persona boni est, tantum cōplexa malorum.
 Quod tu Christe vidēs, statues sine fine ferendū?
 Tandem intentatam, vindex iustissime, fraudem,
 Et factum toties tibi fucum, ulciscere tandem.
 Ecce tui adsertor verbi, qui multa docebat,
 Multaq̃ scribebat, quo vindice pulsa redibat
 Lex tua, pro leuibus reuigebant vera fabellis.
 Nominis ille tui preco, quem vera docentem
 Dilexere pij, turba auersata malorum est.
 Dat nunq̃ meritam sub iniquo iudice poenam.
 Quo tu oculos pie Christe tuos, frontisq̃ seueræ
 Tende supercilium, teq̃ esse ostende neganti.
 Nāq̃ hæc haud quisq̃ faceret qui te esse putaret.
 Qui te contemnunt igitur, mediumq̃ Tonanti
 Ostendūt digitum, tandē ijs te ostende potentē.
 Te videat ferus ille Leo, te tota malorum
 Sentiat inluuies, scelerataq̃ Roma tremiscat,
 Ultorem scelerum, discant te viuere saltem
 Qui regnare negant: sit quo terrere nocentes
 Solaricq̃ pios liceat: compesce superbe
 Grafsantem in leges, & libera iura furorem.
 Audaces cohibe mentes, obliste tyrannis.

Infantes
 Et nunc
 Respice
 Te peti
 Vis fit i
 Laudat
 Ut se qu
 Diuinu
 At pere
 Author
 Emisg
 Quo n

IN LVTH. INCEND.

Infantes qui fraude necant, vicq; omnibus instant.
Et nunc ardent, tua fortia verba, libellos
Respice magne pater, dirumq; ulciscere factum.
Te petit hæc rabies, tua sunt opprobria, legi
Vis fit ista tuæ: contra scelus omne probatur,
Laudaturq; nefas. Tandem expergiscere tandē,
Vt se quisq; gerit: meritæ sint præmia vitæ,
Diuinum superet verum, seruetur honestum.
At pereat flammis Aleander apella sub istis.
Authores scelerum pereant, sequumq; Leonem
Emisq; repetant Furia, conflagret ab igni
Quo nūc innocuū petit impia Roma Lutherum.

L A C T A E S T
A L E A.

C H V N R A D V S

Sarctor Francosaxus, Germanis omnibus salutem dicit.

Dominicanę factionis pharisęi, vulgus superciliosum, iā olim, ludæo male tincto, bonis literis, eruditisq; omnibus negotiū fecerūt. Capnionem modestię & literaturę non vulgaris typum nostis. si nunc quoq; suę farinę Theologastris in partē vocatis, Christianā integritatem suo pedore cōtaminare, impudenter, nullo adhuc prohibente pergunt. Accessit huic prouintię Alexander, & idem iudex, necdū aqua salutari ablutus. Quod si aliunde nō habeas, abunde quidē ex hominis moribus, & in omni ætate illaudanda vitę scelestioris consuetudine. testis Parrhisiorum Luthetia, testis Roma, Bononia, & Italia, & nūc tandem testabitur nostra quoq; Germania. Dignus hic, qui Paulinę, & Apostolicę scripturę fucum faciat, qui pia & sancta inuertat, corrumpat, dissipet, & mendacia mendacijs adglutinet: dignus q; ab pseudo-christianorū monachismo bonos quosq; perdēdo producat. Sicut profecto bestia hæc Cretensis Germanorum libertatem: querit ubiq; bullans suis Bullis. Principes viros in captiuam spem prædę Italicę abducere. Quod muneris, ab

Romano
quatur, o
fraudib;
monstru
tius audax
nestate n
serit num
cusant. F
gregem,
proscisso
defendat
tissima m
diu fecit
uit, & int
Quos P
liam aut
dis Impe
rendis. in
cto Euch
ferre aufi
Florenti
gitia libe
ret animi
hoc, quo
Colonię
diu tenu
tim, host

IN LVTH. INCEND.

Romano iniunctum gigante, ut commodius exe-
 quatur, omnes impudentiæ laxat habenas: nullis
 fraudibus, mēdacijs abstinet nullis. Nimum hoc
 monstrum ad fallendū simplicium animos vafri-
 tijs audax. At quid non auderet, semel amissa ho-
 nestate nebulonum malicia? Qui ubi spes reful-
 serit numi, quęq; etiam nephanda patrare non re-
 cusant. Probe morum mimelisis hunc tali ductori
 gregem, & gregi talem inuenit ductorē. Dignus
 profcissor Aleander, qui pedicatores monachos,
 defendat & adiuuet. Quorū malicia & inquina-
 tissima morum libido, toti mundo negotium iam
 diu fecit: neminem non violauit, prodidit, deuo-
 uit, & interemit. Quas respublicas non corrupit?
 Quos Principes non malectrauit? Cuius fami-
 liam aut non infecit, aut sollicitauit? Nam Ro. se-
 dis Imperatorem sustollere, & quod omniū hor-
 rendiss. in nulla ætate auditum prius, in sacrosan-
 cto Eucharistię sacramenro, toxico de medio au-
 ferre ausi sunt. Vltricem apud Bernenses flammā,
 Florentinū facinus, & mille alia eius portenti fla-
 gitia libens taceam: quæ memorari cum abhor-
 ret animus, tū epistolæ prohibet breuitas. Vnum
 hoc, quod recens adhuc, & nuperum est facinus,
 Colonię mensē abhinc commissum: ubi quum
 diu temulentorum & Bacchantium more vica-
 tim, hostiatimq; (, adde, retatim,) in urbe passim

CHVN. S A R C T O R I S

discurrerent, nunc hunc, nunc illum ambiendo omnes prehensabant: ut inuenta aliqua, suis dolis, authoritate, innocētissimū, & theologorū omnium christianissimū Martinum Lutherum, labe aliqua infamię denigrarēt, & eius scripta extra Euāgelium Christi, nihil olentia, ignominio se perderēt. Non potest enim quę Christi sunt ferre Belial. Bone Christe, quę impudentia tum ibi orbi innotuit, quanta temeritas Monachorū comperta est: Veritate nihil poterant: mendacijs, & quidē tam apertis ut nemo non videret, rem adgressi sunt. Quū enim cucullatus ille nebulo, de suggestu adrogum, quem ad typum Bernensis conflagrationis extruxerant, gaudialiter detonaret, & nenjs suis aliquot aniculas in singultus excitaret, palam vociferare ausus est: Imperatorię maiestatis oim Electōrum principum mandato, Lutheri haretici libros nunc igni esse traditos: quorum item voto S.P.Q. Coloniensis constanter subscriberet. His verbis, & multo longiorib, ad plebem vociferans mendacijs tam impudentibus, rem commendare conatus est. Multorum em Principum ignorātia, facinus tantum expletum. Et si quidā, quos Christus nobis diu seruet, adfuisent, a seditione negotium hoc nō longe abfuisse videres, & digna quidē Aleandro, & monachis merces reddira. Sed nondū kalendę venerunt. Senatus item quā egre

tulerit
daciū
bus in
pfus su
tiri pal
ea pop
fatis m
tis flag
piatum
menda
nam lu
hoc pro
ander i
eatorū
stas eri
mystar
literaru
voluit.
Qui tri
rauit, in
est: om
tit. Ne
natoris
enim pe
tus cau
dam pu
co trude

I N L V T H . I N C E N D :

tulerit, hoc in se proclamatum a diabolo isto mendacium, euentus ipse docuit. Missum enim a patribus in ipsorum cacobum (coenobium volebam, lapsus sum) quid talia in S. P. Q. Coloniensem ementiri palam auderent? Responsum ferunt, iniussu ea populo declamasse fraterculum illum. Hoc cinea satis monache? Siccine impunita vestra protectis flagitia, publicum nefas tali susurro abunde expiatum ne credis? Digna viperina haec lingua, quae mendacium tam execrandi, omnibus forpicibus poenam luat. Moguntiam inde sese sensim venenum hoc promouente, dictu non est, qua insolentia Alexander iudex, Romanensi fraude ligatus, & peditatorum Monachorum fecialis, urbem ingressus, cristas erigere coeperit. Omnem clerum, & longum mystarum ordinem, stas ceremoniarum, conlegium literarum, populumque uniuersum religiose adesse voluit. Pape, in quam fortunam res peruenit. Qui triumphum instituit, qui praedam de nobis sperauit, inter calones vix nostratum manus elapsus est: omnibus pudentissimam fabulam de se praestitit. Nemo aderat qui non questuosum Italici venatoris animum rideret. Nec risisse sat erat. palantem enim per templi aream, solumque effoeminati vestitus cauda & longo syrmate verrentem, in latus quadam pungentis lacerto in anse formam excito loco trudebant: alij a fronte rhinocerotam, asini auribus

b

CHVNRA DI SACT:

culas, & ciconias pinserunt: reliqui vestis sue cau-
dam calcaneo remorati, lapsabundū subsannaues
uerūt: nonnulli scommata & digna Iudeo dicte-
ria, in hunc nebulonem protulerūt. Omnia bene
sancteq;, modo lapides cerebro aduolassent, per-
acta sunt. hoc unū enim defuit: cetera quidem oīa
pro rei & hoīs dignitate fiebant. Licetor quoq;,
qui Romanensi Lucillo, exurendis tam diuini Lu-
theri monumentis, operā locauerat, facinoris im-
pietate comperta, viro tam pio, tam sancto igno-
miniā temere inferre noluit: quēq; indicta causa
& tam atrociter damnandum, negabat. Nonne is
Germanorū omniū postremus, plus iustitię pieta-
tisq; quā tota Romanæ iniuriæ, uirulenta posse-
dit ambitio? Ille lucri sui iacturā, quam innocentē
damnare magis petit: hæc oēs cū uirtute uiros, q̄
sue avaritię aliquid decedere mallet. Vides Iudee
Aleander, uidetis Romanēses Itali, quam ex equo
Germanorū, Romanensiumq; mores dissideant?
Vos uestram avaritiam & luxum, nostrā nos in-
nocentiam & libertatem tuentes, utriq; pro suis
quisq; bonis digladiabimur: nec uetus ille maio-
rum vigor elanguit: offutias multo iam tempore,
p̄stigijs uestris, oculis nostris iniecistis: oborto lu-
mine ueritatis, caligo abacta est. Videmus, & si se-
ro, quos tu ipse cum tuis, cæcos sepe derisisti. Est
hodie Germanię nostrę ingeniū, sunt viri, est con-

siliū
quāc
des t
liber
tatē
qdē
simu
dimu
man
Qua
prot
moli
mur.
inglu
nostr
occep
Chri
& pi
sti so
ultra
in re
ret. N
rū ve
lumu
maio
fide c
quan

IN INCEND. LVTH.

filiū & prudētia: vires quoq; & animū esse tu alio
 quādo experieris. Quid de ceteris sperabis, si au-
 des tam animose, tam cōstanter & intrepide, tāq;
 libere cōtra tuā hanc & Romani Episcopi impie-
 tatē sanguinariā, carnifex eloq; Quod hactenus
 qdē tā patiētes, iugo v̄ratiū aliq̄ntulo colla submi-
 simus, hoc erat: q̄a auro nostro inimicitias fieri vi-
 dimus: qd extra Germaniā auferri, quā Germana
 mansuetudine idignū q̄c̄q; cōmittere optauimus.
 Quatenus proinde de cēlu opibusq; fraudes ūras
 protēdistis, nihil animi immutatū est, nihil in vos
 moliti, ne seditionis & scismatū authores dicere-
 mur. Vos aut postq; facultatū nostrarū prouētu,
 ingluuiē uestrā nō exatiastis, sed ad libertatē etiā
 nostrā, unicū regni n̄ri thesaurū, sagacius incūbere
 ocepistis: etiā quā semel mordicus p̄fessi sumus
 Christi religionē, uestris iposturis nobis auferre,
 & pietatem disperdere, licēter nimis, quā ad Chri-
 sti sortē uocatos decet, conati estis: nō potuimus
 ultra in mansuetudine n̄ra dormire. ne qd olim
 in re leui virtutis erat, nūc ubi uiuū tangit, vitiū fie-
 ret. Neq̄mus, neq̄mus Aleāder, portētosam scele-
 rū vestrorū imānitatē amplius p̄ferre, nec etiā vo-
 lumus. Germani sumus, Germani manebimus, a
 maiorib; nostris nō degeneres, nec in Christiana
 fide quicq; p̄ter Christū amplectētes. Tu infamiā
 quantumuis magnā in nos disseminare potes, &

b. ij

IN ALEANDRI CARMEN

quod facis perge. poena te in diem manet : ulciscetur suos Christus. Vos liberrimi Germaniæ proceres, quos Christus tanta caligine Romane fraudis eripere cupit, aures venenatis serpentibus non prebete, qui mira daemone calliditate, Christum prohibere, auaritiam Romanam tutari omni arte studebunt. Valet.

In portentosum Romani Pontificis ministrum,
sub ouino tegmine rapacissimum lupum
occultantem, Hieronymum
Aleandrum,
Martini Lutheri sincerus
quidam discipulus.

An non in fati non esse videmus, ut usque
Christicolam populum, turpis apella premat?
An non verpus erat, quo fretus Iulius olim,
Impia tot Reges mouit ad arma pios?
An non verpus erat Iuda sceleratior ipso,
Per quem tempestas saeuit Hochstratica?
Nunc Alexander adest, recutitæ gloria gentis,
Intentatque viris omnia dira probis.
Ecce armata venit fictis nigra belua Bullis,
Et ouem simulans, hostica cuncta parat.

IN ALEAND CARMEN

Exurit libros, magis exurendus at ipse,
Si caperet factis premia digna suis.
Hoc monstrum Caroli regis se trussit in aulam,
Funestans furijs omnia leta malis.
Ipse licet sacro fingat se fonte renatum,
Attamen agnoscit gens recutita suum:
Agnoscit verpo strepitu sua verba sonantem,
Agnoscit vultum, mentulam, & ingenium.
Quacunq; aspicias, ludęum cuncta loquuntur,
Sermo, fides, mores, os color, ipse habitus.
Quot mōstra hic Lernā cōflata videmus in unā,
Siue Midam spectes, siue Thrasona magis?
Est Gnatho cum libuit: non hoc furiosior Ajax,
Sepe etiam foedus Sardanapalus erit.
Cetera non referā, quibus ipsum Sardanapalum
Exuperat, quid enim nota referre iuuet?
Non habet hic oculos generosi Principis aula?
Non habet hic fortes Theutona turba manus?
Huius progenitor triginta prodit I E S V M
Nummis, hic ultro prodere non dubitat.

Numerus triginta carminum mysterio non vacat.

Expostulatio cum Aleandro.

Iam vero te appellamus Aleander apella, quotq̄t
sumus euāgelij Christi adsertores, cur tu fugitiue
derelictis castris tuis, proditurus libertatē nostrā,
ad nos cōfugisti? Cur tu sacro regeneratus flumī

b iij

EXPOST. AD ALEXAN.

ne, sancta nra polluis, & reuelas mysteria hostib.
 sacramentorū Christi: Cur tu desertis Apostolis
 Dei, cōsiliū inis cū magistratibus & Principib. sa
 cerdotū de pfligando verbo dei? Hoc vero ut fa
 ceres, quod nā tibi p̄ciū cōstituerūt Cardinales illi
 cū suo Sanctissimo: Aut q̄ tu illos gaudio afficie
 bas, cū tu e media turba velut alter Iudas Scario
 thes, scelerūq; magister p̄siliabas, voce plusq; sa
 crilega exclamans, Quid vultis mihi dare, & ego
 vobis eū tradā: Hac tu de caussa e Iudæo Christia
 nus factus es, ut e Christiano tandē lōge turpius
 turpis lucri gratia in iudaismū, velut ad vomitum
 recideres: Hoc cōtine magnū erit exēplū Iudæis cete
 ris arripiedæ Christianæ fidei: cū tāto p̄cio cōduci
 viderint Christianæ legis calumniatores. Hac de
 caussa ornauere te gratiē tot linguis, tot itē literis,
 ut hoīm oīm q̄ pane vescunt, ingratisimus, legē
 Christi tu oppugnares: Simplicissimū est Euāge
 geliū Christi, simplicissima est doctrina Ap̄storū,
 vere simplex & cādida erat olī ex tā simplicib. p̄
 ceptis īstituta Ecclia. Hāc tu flagitiorū messis, sce
 leratis obscuratā legib. & turpib. iuersam cōstitu
 tionibus, remergentē mō moraris, pturbas, oppri
 mis. Heus tu Alexander, desine oppugnare gloriā
 Christi, cuius tu defendēde grā, sanguinē tuū ef
 fūdere paratus esse debuisti. Qd̄ ni cesses sæuire,
 laqueū parabimus tibi, q̄ tute tādē teipm iugules
 p̄dulus e p̄cera q̄rcu resipisce, et postmodū vale

Con
 dre
 &

Melden

a Hui, ace
 ret: unde
 erroris inu
 nibus non
 cant milita
 os fallere v
 nobis. de f

Idem co

currit, c

tuta vel

a Nihil h
 perdere car
 Atq; utina
 non in tem
 in Christi l
 pater coele
 in coelis est

a Alex

tifices R

les perc

1520. m

a Alexan
 regni Sicili
 quo edoct
 b Quorū

Conclusiones decē christianissimę, per An-
dreā Bodēstein de Carolstat, Theologicę
& V. I. Doct. Vuittebergę disputatę.

Conclusio prima.

Meldense^a Concilium perperam errauit.

^a Huius, acerbum hoc dicere Concilium errare. At quis non dice-
ret? unde tot portenta nonnunquam videmus progressa, quęque sese
erroris inuicem arguunt: atque adeo, ut in Pontificum constitutio-
nibus non modo Concilium aliquot, imo totam hanc quę vo-
cant militantē Ecclesiam, nec tantum errare, verum etiam plerumque ali-
os fallere vel inuiti Romanenses fateri compellantur, ut est in c. 2
nobis. de sent. excō. & ibidem per doctores.

Conclusio secunda.

Idem concilium^a excommunicationē ipso facto in-
currit, quod in causis spiritualibus Canonū sta-
tuta velit obseruari.

^a Nihil humani cōmēti spiritualibus negotiis addendū. Corpus
perdere canonum præstigia possunt, spiritum auferre non possunt.
Atque utinam quę spiritualia forent plerique intelligerent, qui nullo
non in tempore spiritualia iactant. A carne reuelatur canones qui
in Christi lege non rite fundati sunt: spirituum autem reuelator
pater celestis, non caro, neque sanguis Christi confessionem, sed qui
in cœlis est pater reuelare potest.

Conclusio tertia.

^a Alexander quartus, & omnes post eum^b Pon-
tifices Romani, anathemate se per suas Decreta-
les percusserunt, ab anno, 1226. usque ad annum
1520. nunc præsentem.

^a Alexander hic quartus, multa excitauit mala. omnes enim subditos
regni Sicilię in Regem excitauit: belle apostolico officio fungens,
quo edoctus, potestati obediendum propter deum.

^b Quorum ambitione quicquid ubique est, extreme perturbatum est.

b üij

X. CONCLUSIONES

tantum auaritia apud hoc phariseorum genus valet.

Conclusio quarta.

Sequitur ergo quod **LEO** Decimus excommunicare non potest. ^a Quia iuxta suas constitutiones, ^b Excommunicatus non potest excommunicare.

^a Potest quidem excommunicare & deuotere caput suum, cui in animas nostras imperium est nullum. Qui quod ridicule bullam, & non nisi bullam Romanensium fermento plenam, pridie in Lutherum emisit, tota Germania non nihil videt. Sed cui non ultimum videtur demerita, Florentina deuotione, adde, cuiusuis quam staturose molis gigantia, a Christi amore nos separari posse? Hoc quidem excommunicare aiunt, a deo, a Christo diuellere: a cuius charitate quis nos seiuget? Nemo certe, nisi nostra ipsa voluntas. x. q. iij. illud. & in c. quin eterni. de re iudi. li. vi. Prophetæ ore sic olim edocti. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos, et deum vestrum. Esaiæ. lix. Iudicium quidem mundi excommunicatio, quæ tam ambitiose cristas extollit, in cælum ius habet nullum. xxiiij. q. i. quicunque. & in canone. si quis presbyterorum. de reb. eccl. non alie. atque ibi per doctores. Hæc eo libentius adduco: ut heroas illos suis talis iugulare possim, quæ tam impudenter excommunicationis nebulas, inter louis fulgura dispergunt, rudi plebeculæ imponentes: quibus etiã, nescio quot stadia ultra inferas sedes proscribere miseros posse clamitant.

^b Merito excommunicatus, & Christi ecclesia interdicendus. Quid interdicendus? Quin iam interdictus a Christo: qui Christum non querit, sed sua: auaritia, non doctrina sana se pascit: lucrum, non pietatem auget: qui non sua morte multos saluare, sed Lutheri sanguine multos perdere cupit.

Conclusio quinta.

^a Verba latae sunt sententiæ, ^b Anathema sit, qui præter id quod Dominus prædicauerit aliud. Gal. i. ^a Sententiam hanc tulit Paulus. Etiam si nos, aut angelus e caelo prædicauerit vobis euangelium, præter id quod prædicauimus vobis, anathema sit. Quemadmodum prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis prædicauerit euangelium præter id quod acce-

pistis, ana
Christum
hic iusta fe
talis temer
beatitudin
alios mor
b Anath
ne Roman
tum ne illi
Nescis, in
tronum in
mo ipsiur
refert, si m
mo est. Qu
stus est. Al
nal coeleste
Qui enim

De a ca
admitti

a Quis n
b Spiritu
ritualia fun
omnium
spiritualib
tatur, qui
auaritiæ fu
c Proh de
ritualia pr
& quod p
consuetud
tum porre
ac sacro un

Ergo ip
lia nego

a At quis

AND. BODENS TEIN

pistis, anathema sit. Vides iudicis feueritatem, sententię late poenā. Christum qui prohibet, aliud a Christo docens, excommunicatus hic iusta sententia per Paulum denunciatur. Quæ ergo hæc moralis temeritatis infania, sua protollere, Christi deicere: velle alijs beatitudinis æternę sedem præcludere, cui cœlum est præclusum: alios morti damnare, qui ipse errorū suorū sepulchro iā fetidus? b Anathema, superna est maledictio. xxiiij. q. iij. c. gulfari. Hæc ne Romanus Episcopus, nobis p sua libidine inferre potest? Tantum ne illi in cœlum, & beatas supernæ felicitatis animas ius est? Nescis, inter iustum iudicem, & conscientiam, aliū testem, nec patronum incedere? Si Lutherus intus custodit innocentiam, nemo ipsius causam opprimer apud deum: coram mundo quid refert, si mortalium cæcitate dijudicetur? cui id quidem pro minimo est. Qui enim eum iudicat, non personatus vicarius, sed Christus est. Aliud, ut cum Cypriano loquar, sella terrena, aliud tribunal cœleste. Ab inferiori accipiat sententiam, a superiore coronā. Qui enim iustus, & iniuste maledicitur, præmium illi redditur.

Conclusio sexta.

De^a causis^b spiritualib^o, c^o velut arbiter & iudex admitti non debes.

a Quis nouit enim sensum Domini, aut consiliarius eius fuit?

b Spiritualium deus, spiritus tantū obseruator est. Quæ enim spiritualia sunt, quomodo homo, nisi superne a patre luminum, & omnium consolatore spiritu dilabatur, cognoscere potest? Si in spiritualibus iudicare volueris, spiritu corripiaris. Spiritu aut agitur, qui mansuetudinis feruore, in publicam utilitatem, non suæ auaritiæ fumo in proprium cōmodum coalescit.

c Proh deum hominumq; fidem, eo prouentum est hodie, ut spiritualia prædicentur populo, laicis fundia, sacerdotiorum redditus, & quod præ verecundiā vix dicere ausim, ipsæ etiam nocturnam consuetudinem præstantes nonariæ: quibus si quis tremulū digitum porrexerit, iam gratiæ violatæ reus, nō secus diris incelsitur, ac sacro unguine nentem occiderit mystis.

Conclusio septima.

Ergo ipso iure^a excommunicatus est, qui spiritualia negotia, humanis traditionibus metitur.

a At quis non est hodie inter Sarabautarum hoc genus, qui non

ommu
tiones,
care.

cui in ant
m, & nō
herū emi
tur demē
molis gi
excōmū
quis nos
illud. & in
cti. Iniqui
lix. Iudici
stas extol
canone. si
ctores. Hęc
olsim, q. tā
gura disper
quor stadia
dus. Quid
hrisū non
icrum, non
Lutheri san

a sit, qui
d. Gal. 1.
gelus e cœlo
cauimus vo
citerum di
quod acce

X. CONCLUSIONES

omnia quæq; in caelo, & extra coelum sunt, dimetiuntur: de singulis legem, plus longe Christo ij sapientes, magistrali, & pio zelo adducti statuunt: hos ne excōmunicatos dices: quos nemo, nec infernalis Ata excōmunicare poterit. Quis in toto orbe pene nihil cōmunius. adeo sui ubiq; copiam faciunt. ut noctibus etiã multas lodices beare, sua sanctitate dignentur.

Conclusio octaua.

a Etiam si legem dei resipiant.

a Quid isti resiperent, qui etiam ipsum Deum respuunt?

Conclusio nona.

a Tollendę igitur sunt Pontificis **b** Decretales:

a Bona verba. Hoc ne ipsis persuadeas, arma hæc quibus nihil non deſciunt, deponant.

b Decretales. Hoc libro reipub. nihil nocentius: mere enim imposturæ, & vapherrimi Romanistarū doli. Rete Pontificum, quo omnem pene mundum in seruitutem piscati sunt. Quid enim illorum auaritia non contaminatum est? Ad hoc excogitatæ Decretales: ut eo frano coerceant, si qui ad libertatem aspirauerint: suamq; ingluuiem nostris sudoribus, pulchro religionis commēto saburrare felicius pergant. Neq; unquã publico omnium bono, Principum liberrati, qui iam cuiq; cerdoni galeriato, cedere turpiter coguntur, animarum nostrarū saluti, & Christi gloriæ, satis nobis consulatur, nisi hoc tam impudentis veneni malum, Christianismo tollatur.

Conclusio decima.

Si Romanus Pontifex deiurat se ^a diuinã legem, & Pontificum decreta custoditurū, difficile a ^b p^o furio defendi potest.

a Quæ vesania te incelsit Andrea, ut hanc seruandam ipsos iurare credas, qui omnem mouent lapidem, quo exolescere ipam faciunt. Alium ne deum admitterent, qui ipsi in terra per successione numen sunt. Per sancte enim agunt, unum deum mundo admitrentes, poetice deorum colluuiem angue peius fugientes. Vident quantus error hinc profueret? In terris P^apa deus, si Christum re-

gni colleg
diuerſa pr
us statuere
ret: quo n
Consulto
b Crimen
in se, quo
lum non f
gentara h
in omni v

gni collegam admittat, duos iam Deos quomodo negares, atq;
diversa præditos voluntate? Quæq; enim noster Romanensis de
us staturer, Christus derogaret; & quæ hic mandaret, ille prohibe
ret: quo modo diu mundi hoc imperium subsistere non posset.
Consulto proinde faciunt, quo annitatur, Dei lex displosa exulet.
b Crimen hocçine Pontifici esse credis? cui quicq; libet licet. Hic
in se, quo suum facinus expiaret, tam impotens dicendus? Qui nul
lum non flagitium, atq; incõmissum, indulgentissime modo ar
gentata hostia intercedat, alijs ignoscere, plenitudine ne potestatis suæ
in omni valet mundo.

Alias alio daturi.

desin /
X pio zo
os nemo,
orbepene
ibus etiã

ales :
bus nihil

enim im /
cum, quo
d enim il /
itate De /
irauerint:
is commẽ
iũ bono,
lere turpi
e, factis no
Christia /

legem ,
le a b p

ipfos iura
ipam faci
cessionẽ
do admit
es. Viden
hristum re

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

C



na
por
rati
non
ma
pra
def
stia
exo
dar
um
fis







503
Georgs-B.







81

C O N T E N T A.

Vlrichi ab Hutten, Equitis Germ. Exclamatio, in
incendium Lutheranum.

Chunradi Sarc̄toris saxofranci, de eadem re ad
Germanos Oratio.

Carmen eleg
andrum,

Conclufione
B

